



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

88. Sollicita Pastoralis &c. Confirmatio Actorum à Delegato Apostolico pro
executione Litterarum Apostolicarum erectionem novæ l'atriarchalis
Ecclesiæ Ulixbonen. Occidentalis concernentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

Christiani Doctoris est, eos, qui contradicunt, arguere, pro traditâ sibi à Domino Sapientiâ non vereantur; certi divinam sibi retributionem, atque hujus Sanctæ Sedis protectionem, & gratiam minimè defuturam.

Sub clausula
sublata, &
decreto irri-
tanti.

§. 8. Decentes pariter ipsas præsentis literas firmas, validas, efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos quovis modo spectat, & spectabit in futurum, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos ubique judicari, & definiti debere, sublata eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, ac irritum, & inane esse, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Mandat fi-
dem adhibe-
ri transsum-
tis.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus Literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xviii. Novembris MDCCXVI. Pontificatus nostri Anno Decimo sexto.

F. Card. Oliverius.

C O N F I R M A T I O

Actorum à Delegato Apostolico pro executione Literarum Apostolicarum erectionem novæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulyxbonen. Occidentalis concernentium.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Proæmium.

Solicita Pastoralis officii vigilantia, qua, Divina suffragante Clementiâ, Catholicæ Ecclesiæ præsidemus, enixè efflagitat, ut ea, quæ per nostras literas motu proprio emanatas, ac piis, & rationalibus causis adducti, aliàs concessimus, & indulgimus, suum sortiantur effectum, proindeque actus, qui ab earumdem Literarum Executionibus pro ipsarum validitate, & observantiâ facti fuisse dicuntur, Apostolice firmitatis munimine robores, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Capitulum
Ecclesiæ U-
lyxbonen.
Orientalis in
deputatione
Procuratoris,
qui interesset
divisioni Ci-
vitatatis ad for-
mam Motus
proprii, non
se inscripserit
Capitulum
Orientale.

§. 1. Exponi sanè Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Capitulum, & Canonici Patriarchalis Ecclesiæ Ulyxbonen., quod dum à Venerabili Fratrem moderno Episcopo Algarbien. executioni demandabantur Literæ Apostolicæ in formâ nostri Motus proprii expedite super divisione Civitatis, & Diocesis Ulyxbonen., & erectione novæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulyxbonen. Occidentalis, aliorumque omnium Gratiarum, & Indulgentiarum, quæ in præfatis Literis continentur, comparuit coram præfato Episcopo Algarbien. Procurator d. Patriarchalis Ecclesiæ Ulyxbonen. Occidentalis, eidemque exposuit, quòd Capitulum Ecclesiæ Ulyxbonen. Orientalis, tunc, & ad præsens Pastoris solatio destituta, deputaverat eorum Procuratorem ad effectum interessendi executione earumdem Literarum & cognoscendi, an divisio Civitatis, & Diocesis Ulyxbonen præfatarum, aliaque in præfatis Literis contenta executioni de-

mandarentur ad formam præfati Motus proprii, & absque eorum præjudicio, & deputando secundo dictum Procuratorem, non se inscripserunt Capitulum Orientale. Quomobrem Exponentes præfati coram eodem Episcopo Algarbien, insisterunt, quatenus moneret præfatum Capitulum Orientale, ut ab hujusmodi, & aliis similibus perturbationibus se abstineret, ac Mandatum Procuræ supradictæ modo exaratum penitus, & omninò rejiceret; Idem Episcopus Algarbien. animadvertens quòd præfatum Mandatum Procuræ à Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Ulyxbonen. Orientalis constat non fuerat cum declaratione, & denominatione Capituli Ulyxbonen. Orientalis, mandavit dilecto Filio Emanueli Duarte Franco Notario publico, ut mediante publico Monitorio præfatum Capitulum Ulyxbonen. Orientale sub nonnullis poenis moneret, ut in posterum in nullo penitus perturbarent jurisdictionem Patriarchalis Ecclesiæ Ulyxbonen. Occidentalis, sed inviolabiliter observarent omnia, & singula in præfato Motu proprio contenta, & expressa, sequæ Decanum, Dignitates, & Canonicos Ecclesiæ Ulyxbonen. Orientalis nuncuparent, dictisque Emanueli secunda mensis Januarii proxime præteriti in Sacrificiâ dictæ Ecclesiæ Ulyxbonen. Orientalis coram dilectis etiam Filiis Carolo Perim Præsidente, ac pluribus dictæ Ecclesiæ Ulyxbonen. Orientalis Canonicis, altâ, & intelligibili voce legit, & publicavit Monitorium, in quo præfati Episcopi mandatum continebatur, dictoque Monitorio lecto, & publicato, Præsidentis & Canonici præfati Ecclesiæ Ulyxbonen. Orientalis præfate responderunt, quod se monitos habebant, dictoque Monitorio obediebant, sequæ jam Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Ulyxbonen. Orientalis nuncupaverant.

Monetur à
Delegato A-
postolico, ut
se inscribat,
& nuncupet
Capitulum
Orientale,
& Monitorio
statim pareat.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, exponentes præfati pro majori subsistentiâ, firmiorique observantiâ omnium, & singulorum in præfatis Literis contentorum plurimum cupiant omnia, & singula supradicta, cum omnibus, & quibuscumque in vim dicti Monitorii subsequitis, per Nos confirmari, & approbari; Nos igitur Exponentes præfatos specialis gratiæ favore prosequi volentes, nec non eorum singulares Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à Jure, vel ab Homine, quâvis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolven., & absolut. fore censentes, porrectis Nobis pro eorumdem Exponentium parte super hoc supplicationibus inclinatis, omnia, & singula supradicta per dictum Episcopum sic, ut præteritur, facta pro observatione, & executione præfatarum Literarum, Apostolicâ autoritate tenore præsentium confirmamus; & approbamus, illisque perpetuâ Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus Personis, etiam speciali notâ dignis, qui contra præfatas Literas Apostolicas, & in eis contenta quæcumque aliquid jam forsân attentaverint, seu in posterum attentare voluerint, perpetuum silentium imponimus, sique, & non aliàs per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quâvis autoritate fungentes judicari, & definiti debere; Irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his à quoquam quâvis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xviii. Februa-

Pontifex om-
nia ejusmodi
Acta confir-
mat.

ANNO
1717.

rii MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo septimo.

J. Card. Prodatarius.

LXXXIX.

AMPLIATIO

Indulutorum ad favorem Capituli Patriarchalis Ecclesie Ulyssiponenfis Occidentalis de Jurepatronatus Serenissimi Portugallie, & Algarbiorum Regis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

I Neffabili Divinae Majestatis providentia in supremo Apostolica Dignitatis culmine constituti tanquam de excelso monte ad irriguum Militantis Ecclesie agrum nostrae considerationis acciem, more vigilis, & operosi Pastoris, jugiter convertimus, & circa ea, per quae Ecclesie praesertim Patriarchali Dignitate insignita, & in conspicuis Civitatibus erectae, sublimioribus privilegiis, ac majoribus prerogativis decorari valeant, peculiari sollicitudine intendimus, prout, earumdem Civitatum qualitatibus, rerumque, & temporum circumstantiis debitè pensatis, ad Divini cultus incrementum, ipsarumque Ecclesiarum honorificentiam, & Ministrorum Ecclesiasticorum decorem conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque Nos nuper ex justis, & rationalibus causis adducti, & quemadmodum Charissimi in Christo Filii nostri Joannis Portugalliae, & Algarbiorum Regis illustris constantis fidei, & sinceræ devotionis affectus jure promerebatur, ejusque pia, & laudabilia vota efflagitabant, Civitatem, & Diocesim Ulyxbonen. in duas partes dividerimus, ac unam tam Civitatis, quam Diocesim hujusmodi partem versus Orientem antiquo Archiepiscopatu Ulyxbonen. Orientali nuncupando reliquerimus, in altera vero parte versus Occidentem Patriarchalem Ecclesiam Ulyxbonen. Occidentalem nuncupandam, exerimus, ipsiusque Patriarchalis Ecclesie Ulyxbonen. Occidentalis Patriarchae, ac Dignitatus, & Canonici pro tempore existentibus pro majori ejusdem Patriarchalis Ecclesie majestate, distorumque Dignitatum, & Canonicoꝝ honorificentia plura hucusque privilegia, & indulta tam quoad habitum, quam quoad præcedentiam, aliasque prerogativas concesserimus, prout in nostris Literis in formâ nostri Motus proprii desuper expeditis, plenius continetur. Cumque, sicut accepimus, Patriarchalis Ecclesia prædicta, sic à Nobis, ut præfertur, erecta, & singulari ipsius Joannis Regis dilectione, & Regiâ planè munificentia pluribus, ac pretiosis suppellectilibus sacris pro Ecclesiasticis functionibus decenter obeundis, opulenter ornata, & undique ad singularem excellentiam sublimata existat, ipseque Joannes Rex præcipuis, ac indefessis studiis Patriarchalem Ecclesiam præfatam præclari amoris, ac religiosæ pietatis significationibus prosequi in dies non præmittat, & ad elegantiorum structuræ majestatem exornare, pique opera propediem inibi augere, sacrarumque caeremoniarum usum, & divinarum laudum cantum ad perfectiorem sublimitatem elevare intendat; Nos aeternæ Divinae bonitatis Majestati, quod tam pia, tamque præclara operosæ Religionis studia ad Christianæ pietatis augmentum, & majorem Divini Nominis gloriam

à sollicità dicti Joannis Regis pietate Ecclesiasticis functionibus jugiter intenti, promanaverint, eaque quam magnificenter, & sumptuose adaucta fuerint, gratias agentes, ac volentes, quantum in Domino possumus, majori dictæ Patriarchalis Ecclesie decoris incremento consulere, nec non Dignitates, & Canonicos, ac Beneficiatos, & Cappellanos ejusdem Patriarchalis Ecclesie amplioris gratiæ favore, & excellentioris honoris titulo sublimare, eosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum ferie absolventes, & absolutos fore censentes, firmis, & illæsis remanentibus omnibus, & singulis privilegiis, indultis, gratiis, & prerogativis, aliis à Nobis eidem Patriarchali Ecclesie, illiusque Dignitatibus, & Canonicis prædictis jam, ut præfertur, concessis, Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certâ scientiâ, ac maturâ deliberatione nostris, de quæ Apostolicæ potestatis plenitudine sex Dignitatibus, & octodecim Canonicis prædictæ Patriarchalis Ecclesie, nunc, & pro tempore existentibus, quibus nuper, ut ipsi hyemali Cappam magnam rubeam cum pellibus armellinis, æstivo vero temporibus Mozzettam similiter rubeam gestare, & deferre valerent, concessimus, & indulgimus, ut ipsi in posterum perpetuis futuris temporibus, etiam Subtanam, seu Vestem talarem rubeam; Duodecim vero ejusdem Patriarchalis Ecclesie Beneficiatis, similiter nunc, & pro tempore existentibus, quibus aliis, antequam Ecclesia prædicta in Patriarchalem Ecclesiam sic à Nobis erecta fuisset, ut etiam ipsi hyemali Cappam magnam violaceam cum pellibus cinericiis; æstivo autem temporibus loco pellium cum fodere serico violacei coloris, etiam gestare, & deferre possent, similiter concessimus, & indulgimus, ut ipsi quoque etiam perpetuis futuris temporibus hyeme eandem Cappam magnam violaceam cum pellibus tamen armellinis, æstate vero, vel eandem Cappam magnam, vel Mozzettam, etiam violaceam cum fodere serico rubei coloris; Cappellanus autem amovibilibus, qui ad præsens numerum trigintaduorum non excedunt, etiam si numerus hujusmodi in servitio dictæ Patriarchalis Ecclesie, arbitrio pro tempore existentis Patriarchæ Ulyxbonen. creverit, vel decreverit, ut etiam ipsi Cappellani amovibiles Cappam magnam violaceam cum pellibus armellinis hyemali, æstivo vero temporibus vel eadem Cappam magnam, vel Mozzettam, etiam violaceam cum simili fodere serico ejusdem coloris rubei, tam in Choro, quam extra illum, ac etiam in Processionibus, omnibusque aliis actibus Capitularibus, tam publicis, quam privatis, ac etiam in præsentia Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac pro tempore existentis Patriarchæ Ulyxbonen., ac Nostrorum, & Sedis Apostolicæ Nunciorum, nec non Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, & aliorum quorumcumque quavis autoritate, & potestate fungentium, ac honore, & præminentia fulgentium, respectivè gestare, & deferre, illisque uti liberè, & licitè possint, & valeant, tenore præsentium perpetuè concedimus & indulgemus; ac Dignitates, & Canonicos, nec non Beneficiatos, & Cappellanos ejusdem Patriarchalis Ecclesie, nunc, & pro tempore existentes super gestatione, & delatione Vestium, Cappatum, & Mozzettarum hujusmodi per quæcumque Capitula quorumcumque aliarum Ecclesiarum Episcopaliū.

ANNO
1717.

Declarat proinde velle majoris ejusdem Ecclesie decoris incremento consulere.

Præservat firmitatem indulutorum alias concessorum.

Dignitatibus & Canonicis prædictæ Ecclesie Subtanæ, seu Vestis rubeæ delationem indulget.

Beneficiatis, & Cappellanis amovibilibus Cappam magnam violaceam cum pellibus armellinis, nec non similem Mozzettam concedit.

In choro, & extra, aliisque actibus Capitularibus, ac etiam in præsentia Archiepiscoporum, aliorumque Prælatorum, & S. R. E. Cardinalium, etiam de latere Legatorum

Molestias super præmissis prohibet, quæ eidem Dignitatibus, & Canonicis, aliisque nominatis inferri possent.

Exordium à sollicitudine decorandi majoribus privilegiis Ecclesie existentibus in inferioribus Civitatibus, vel quæ Patriarchali Dignitate fulgent.

Narrat divisionem Civitatis, & Diocesim Ulyssiponen., ac erectionem Ecclesie Patriarchalis Occidentalis nuncupatæ cum concessione privilegiorum.

Piam Regis Portugallie munificentiam refert in augendo ornatu, & majestate d. Ecclesie.